364 385

G. Rytelowna Turoboyska Intromissio

Ministerialis Regni Generalis Providus Joannes Sieliacz Coram offo praesenti personaliter stans palam recognovit Quia ipse habitis secum duobus Nobilibus Stanislao Dobkowski et Petro Pawlowski sibi gratia evidentioris testimonii adiunctis Sabbatho post octavas Festi sacratissimi Corporis Christi proxime praeterito statim post decessum olim Generosi Petri Heronilis Rytel condescendendo ad bona Topcewo Kosielne Ostrowko et alia eo spectantia ibidem Gnosam Catherinam Rytelowna sororem eius germanam contentam Gnosi Achacii Turoboyski in bona omnia mobilia et immobilia inhaerendo praefatarum villarum Topcewo Kosielne Ostrowko et alia eisdem adiacentia post sterilem decessum memorati Gnosi Rytel super ipsam Gnosam Rytelowna Turoboyska uti sororem germanam Iure naturalis successionis concernendo eorundemque bonorum curias praedia areas hortos aedificia agros prata campos silvas rubeta subditos eorum fundos stagna piscinas tabernam et fundos ad ipsam spectantes generaliterque cunctas utilitates et attinentias nemineque tam in bonis quam lite cum ulla impugnante intromisit investivit et in pacificam possessionem contulit ac subditis obedientiam praestandam indixit.

Poroski Quietatio

Coram offio et actis praesentibus Castren Capitan Bransen personaliter comparens Nobilis Josephus olim Stanislai Zdrodowski sanus mente et corpore existens recognovit Quia sibi Nobilis Mathaeus olim Stanislai Poroski ex obligatione bonorum immobilium in haereditate Topcewo Kosielne consistentium sibi per eum inscriptis octo sexagenas polon persolvit ideo ipsum quietat inscriptionem cassat et de bonis condescendit

G. Turoboiski Topcewo Donatio

Coram ~~offio et~~ actis praesentibus Castrensibus Capitaneal Bransen personaliter comparentes Nobilis Mathaeus filius olim Stanislai Poroski et Eva filia olim Bartholomei Ostrowski invicem Coniuges ipsa quidem Eva cum mariti sui uti tutoris coniugalis autoritate et consensu praesentaneo sani mente et corpore existentes palam recognoverunt Quia Gnoso Achacio Turoboyski et ipsius successoribus bonorum inhaerendo Topcewo Kosielne consistentes super se quovismodo concernendo et per se hactenus possessorum Nodem sulcos a via per villam tendentes ad fundos olim Generosi Rytel inter mettas Thomae Fabis Topcewski et Josephi Drerchata cum domo et aedificiis omnibus in eadem area consistentibus sepibus et horto ac omnibus utilitatibus nullis exceptis dederunt donaverunt et inscripserunt perpetuis temporibus Cui eam externam Intromissionem realem cum pacifica possessione per Ministerialem et Nobiles duos offo accedendo dant et admittunt submittendo se cum suis successoribus

Cor offuio

38 Ja5

eundem donatorium suum vel eius legitimam posteritatem occasione praemissorum ab omni impedimento iuridico omnium et singularum personarum propinquarum et remotarum tueri defendere eumque evelibere intercedere pacare seseque per se et per submissas ac subordinatas personas non inquietare sub damnis terrestribus simpliciter taxatis et edicendis. Et coram officio praesenti castri Bransensi peremptoria renunciatione ac satisfactione omnibus controversiis exceptionibus allegationibus dilationibus evasionibus quibusvis motionibus appellationibus vera vel simplici infirmitatis actione pro maiori minorennitatis seu tutorum dicenda contradictione malitiae positione in ordinata scriptione aliisque in universum iuris remediis et defensis legalibus impedimentis se et suos successores uti absentibus et abrenunciando personali sua recognitione in praemissis mediante.

Wierczinski Cessio

Coram officio et actis praesentibus castrensibus capitaneatus Bransensis personaliter comparens Nobilis Anna filia olim Joannis quondam Mathiae Wierzeinski consors Nobilis Bartholomei Wierczenski cum eiusdem mariti sui uti tutoris coniugalis personali assistentia et consensu praesentaneo sana mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit quia Nobili Christophero olim Lucae Wierczinski et eius posteris de omni et integro iure suo seu inscriptione certa principaliter per Nobilem Mathiam olim Martini Wierczinski super certa bona in villa Wierczenie consistentia modo venditionis pro summa viginti quatuor florenorum polonicalium coram actis authenticis Nobili Alberto olim Pauli Zawadzki facta et recognita tandem per eundem Zawadzki olim parenti suo coram actis terrestribus Bransensibus feria 2da post festum Sancti Michaelis Archangeli anno millesimo sexcentesimo trigesimo primo proxime transacto cessa cum omnimoda potestate eiusmodi inscriptionis sua ac parata intromissione possessione tuitione et evictione ligamentisque in originali inscriptione contentis nec non omnibus beneficiis iuris cedit et de bonis inhaerendo inscriptioni donatoriae per Nobilem suprascriptum Mathiam Wierczinski horum bonorum haeredem eidem Nobili Christophero recognitae descendit omneque et integrum ius suum sibi ad praemissa serviens in personam eius ac successorum ipsius plenarie transfert et transfundit intromissionem illi eiusque realem cum possessione pacifica per ministerialem et Nobiles duos occupatam dat et admittit.

Frankowski Quietatio

Coram officio et actis praesentibus castrensibus capitaneatus Bransensis personaliter comparens Generosus Adam Kladkowski nomine Generosae Zophiae Mossiczka coniugis suae a qua de rato et grato praemium cavet sanus mente et corpore existens